

Q V E S T I O N V M S V P E R N V M E R O S

G pe intelligi potest, Et super altare aureum adoperi-
ent vestimentum hyacinthinum, vt ipsum vestimē-
tum hyacinthinum alia re operiendum præciperet,
quod vestimentum iam super altare esset: ac si breui-
ter vtrunq; complecteretur, vt vestimento hyacin-
thino altare operiendum, & vestimētum hyacinthi-
num alio tegmine operiendum subiunxerit. Deniq;
vnde cooperiri vellet vestimentum hyacinthinum,
ostendit cum adiecit, Et adoperient illud operimē-
to pelliceo hyacinthino.

IX. Vir aut mulier quicūq;
fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens
despexerit & deliquerit, anima illa annunciat peccatū
quod peccauit, & restituet delictū: & quintas
eius adjiciet super illud, & reddet cui deliquit ei. Si
autem non fuerit homini proximus ita vt reddat illi
delictum, ipsum delictum quod redditur domino, sa-
cerdotis erit, excepto arietis propiciationis per quē
exorabit in illo pro eo. Hic ea peccata intelligenda
sunt, quorum in his rebus perpetratio est quæ pec-
na restitui possunt. Non enim aliter propiciationis
Iubet enim restitui caput & quintas, id est, totum il-
lud quicquid est, & quintā eius partem, excepto arie-
te qui fuerat offerendus in sacrificium ad expiandū
delictum, Iubet autem illud quod restituitur sacerdo-
tis esse, id est, ipsum caput & quintam, si nō est proxi-
mus ei in quem cōmissum est: Vbi vtiq; intelligitur
tunc domino reddendum quod sit sacerdotis, si homo
iste non super sit qui dānum passus est: nec proximus
eius, quē putō heredem intelligi voluisse. Sed de ipso
homine nihil dixit scriptura, Veruntamē cum dicit,
Si nō ei fuerit proximus: sub hac breuitate insinuat,
tunc queri proximum eius si ipse non fuerit. Si autē
nec proximus erit, domino restituetur, ne impunitū
remaneat quod admissum est, Quod tamen nō ce-
dat in sacrificiū, sed sit sacerdotis. Sic sanē verba scri-
pturæ distinguenda sunt. Si autem nō fuerit homini
proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum: Locu-
tionis est em̄ qd̄ addidit, ad ipsum: aut forte ad ipsū
dixit, quod ad ipsum pertineat: id est, ipse possideat.
Deinde sequitur, Delictum quod redditur domino
sacerdotis erit. Delictum autem dicit cum redditur
ea res que per delictū ablata est. Quæri autē pos-
test quomodo in Exodo dicitur, Si quis furatus fue-
rit vitulum aut oem, restituere debere quinque vi-
tulos vel quatuor oves, si occiderit, aut viderit: Si
autem quod abstulerit saluum apud eum reperitur,
duplum esse restituendum: cum hic restitui iubeat
caput & quintam, quod longe est etiam a duplo, quā-
to magis a quadruplo vel quinquies tanto. Nihil for-
te, quia hic ait, Vir aut mulier quicunque fecerit ab
omnibus peccatis humanis: peccata ignorantie, vol-
uit intelligi humana peccata. Fieri em̄ potest, vt pa-
rum attendendo per negligentiam traiciat homo re
alienā in rem suam. Quod ideo peccatum est, quia
si diligenter attenderetur, non admitteretur. Et hæc
voluit capite & quinta restitui, non sicut furta mul-
tari. Nam si furta & fraudes hic intellexerim⁹, quæ
non per ignorantiam negligentiam, sed furandi vel frau-
dandi animo cōmittuntur, & ideo dicta humana, quia
in homines fiunt, ille nisi fallor erit exitus quæstio-
nis huius, vt ideo qui fecit non reddat vel duplū, quia
non reprehenditur vel conuincitur, sed ignorantibus
a quo factum sit, vel vtrum factum sit, ipse annunciat
delictum suum. Cum enim dixisset scriptura, vir aut
mulier quicūq; fecerit ab omnibus peccatis huma-
nis, & despiciens despexerit & deliquerit, id est, con-
tēnendo ista cōmiserit: adiunxit & ait, Anima illa an-
nunciat peccatum quod peccauit, & restituet deli-
ctum caput & quintas eius: forte ergo propterea tri-
qua ipse annunciat, & ideo non eo dāno plectendus
fuit, quo furem comprehensum vel conuictum plecti

X
Exod. 22.

oporteret. Verba quæ scriptura dicit mulieri à K
sacerdote dicenda, quando ad suspicionem adulterij
eam maritus adducit, det eam dominus in maledi-
ctum & in execrumentum: Græcus habet ἐν ὀφθαλμοῖς.
Q no verbo videtur significari iuramentum per ex-
ecrationem: velut si quiquā dicat, sic non mihi illud
& illud contingat: vel certe ita iuret, illud & illud mi-
hi contingat si fecero vel non fecero. Ita hoc dictum
est, det te dominus in maledictū & in execrumentū:
tanq̄ diceret, vt de te iurent qui per execrationē iura-
būt: sic nō eis contingat, aut si eis cōtingat nisi hoc aut
illud de te fecerint. Et offeret munus sumo dño, XII.
agnum anniculum sine vitio in holocausto, & a- Nume. 6.
gnam anniculum sine vitio vnam in peccatum. Hoc
quidam nostri interpretes transfere noluerunt, ve-
luti locutionem inusitatam vitantes, & dixerunt pro
peccato, non in peccatum, cum sit sensus in ea locuti-
one qui nō fuerat perturbandus. In peccatum quip-
pe dictum est, quia hoc ipsum quod pro peccato offer-
rebatur, peccatum vocabatur. Vnde illud est apud
Apostolum de domino Christo, Eum qui non noue- 2. Cor. 5.
rat peccatum, peccatum pro nobis fecit: deus pater
scilicet, deum filium pro nobis fecit peccatum: id est,
sacrificiū pro peccato. Sicut ergo agnus in holocau-
stoma, vt ipsum pecus esset holocausto: sic & agna
in peccatum, vt ipsum pecus esset peccatum, id est, sa-
crificiū fieret pro peccato: sicut de arietē quod se-
quitur in salutare dicit, tanquam ipsum sit salutare,
cum sit sacrificiū salutaris. Quod postea repeten-
do manifestat, Nam & illud pro peccato dicit quod
prius dixerat in peccatum: & hoc sacrificiū saluta-
ris, quod prius dixerat in salutare. Locutus est XIII.
dominus ad Moysen dicens, Hoc est de Leuitis. Hoc Nume. 3.
alii interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Le-
uitis. Sed quod scriptum est, Hoc est de Leuitis: in-
telligitur dictum, Hæc constitutio de Leuitis.

XII.
Nume. 6.

2. Cor. 5.

L

XIII.
Nume. 3.

XIII.

M

XV.
Nume. 9.

Deinde sequitur, A quinto & vicefimo anno & sur-
pra, introibunt ministrare in ministerium in operi-
bus in tabernaculo testimonij: & a quinquagenario
recedat ab hac ministratio, & nō operabitur ultra:
& ministrabit frater eius in tabernaculo testimonij:
custodire custodias, opera autē non operabitur. Hūc
sensem obscurum facit ἡ ἑβραϊστικὴ: quod ita consulum
est, tanquam de ipso fratre sit dictum, custodire cus-
todias: cum dictum sit de illo qui recedit ab ope-
ribus, Et remanebit ille in tabernaculo testimonij
custodire custodias, opera autem non operabitur,
sed operabitur frater eius: id est qui nondum perue-
nit ad ætatem quinquagenariam, à viginti quinque
annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum
est, Et a quinquagenario recedat ab hac ministrati-
one, & non operabitur ultra, & ministrabit frater e-
ius. Deinde redit ad illum quinquagenarium, de quo
loquebatur, & de illo explicat cætera dicens, In ta-
bernaculo testimonij custodire custodias, opera au-
tem nō operabitur. Quod autem ait, custodire: sub-
auditur, incipiat: tanquam id verbo actiuo diceret,
custodiet custodias. Solet enim vsitate etiam in La-
tinis locutionibus infinitum verbum poni pro fini-
to. Cum Paschæ tempore quidam, qui immun-
di facti erāt super animam hominis, id est super mor-
tuum, quærent quomodo Pascha facerent: quoni-
am oportebat eos ab immunditijs septem diebus pu-
rificari secundum legem, consuluit, dominum Moy-
ses, & responsum accepit: cuiusque tale aliquid acci-
disset, vel in tam longinquo itinere cōstitutus esset,
vt non posset occurrere, alio mēse eum facere debere
Pascha, propter diē mēsis quartumdecimū, vbi lūne
numerus obseruabatur. Sed si querat, quid faceret,
si forte talis immunditia etiā ad secundū mēsem occur-
reret? Arbitror id quod dictū est de secundo mēse,
tanq̄ regulariter fuisse retinendum, vt tertio mēse
obserua-

Deinde sequitur, A quinto & vicefimo anno & sur-
pra, introibunt ministrare in ministerium in operi-
bus in tabernaculo testimonij: & a quinquagenario
recedat ab hac ministratio, & nō operabitur ultra:
& ministrabit frater eius in tabernaculo testimonij:
custodire custodias, opera autē non operabitur. Hūc
sensem obscurum facit ἡ ἑβραϊστικὴ: quod ita consulum
est, tanquam de ipso fratre sit dictum, custodire cus-
todias: cum dictum sit de illo qui recedit ab ope-
ribus, Et remanebit ille in tabernaculo testimonij
custodire custodias, opera autem non operabitur,
sed operabitur frater eius: id est qui nondum perue-
nit ad ætatem quinquagenariam, à viginti quinque
annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum
est, Et a quinquagenario recedat ab hac ministrati-
one, & non operabitur ultra, & ministrabit frater e-
ius. Deinde redit ad illum quinquagenarium, de quo
loquebatur, & de illo explicat cætera dicens, In ta-
bernaculo testimonij custodire custodias, opera au-
tem nō operabitur. Quod autem ait, custodire: sub-
auditur, incipiat: tanquam id verbo actiuo diceret,
custodiet custodias. Solet enim vsitate etiam in La-
tinis locutionibus infinitum verbum poni pro fini-
to. Cum Paschæ tempore quidam, qui immun-
di facti erāt super animam hominis, id est super mor-
tuum, quærent quomodo Pascha facerent: quoni-
am oportebat eos ab immunditijs septem diebus pu-
rificari secundum legem, consuluit, dominum Moy-
ses, & responsum accepit: cuiusque tale aliquid acci-
disset, vel in tam longinquo itinere cōstitutus esset,
vt non posset occurrere, alio mēse eum facere debere
Pascha, propter diē mēsis quartumdecimū, vbi lūne
numerus obseruabatur. Sed si querat, quid faceret,
si forte talis immunditia etiā ad secundū mēsem occur-
reret? Arbitror id quod dictū est de secundo mēse,
tanq̄ regulariter fuisse retinendum, vt tertio mēse
obserua-